EUGENIUS IV. PAPA. PS. BONAVENTURA

Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh. (um 1470/1475 nach Wasserzeichenbefund) Seite 89r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31258
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



mendicantibus vide infra Licet tamen audire
alienum prochianum si in sua prochia peccauit Si
est vagabundus si habet licenciam a suo sacerdote
quem vidit impitum Et in articulo necessitatis
Sacerdoti quia aput illum est auctas obsol-
uendi Mt xvj Tibi dabo claues regni celorum Etiam
quia sicud se habuit sacerdos mosaicus ad lepre examina-
cionem sic se habet sacerdos evangelicus ad peccatorum absolucionem
sed omnis homo in quo apparuit lepra tenebatur
in lege veteri se ostendere sacerdoti et stare ~~cui~~ iudico
eius ut leuitici xiij Confiteatur per se non
per alium nec per scripturas nisi ex iusta causa quia
est nimis simplex uel surdus uel mutus uel ita
infirmus quod absque periculo loqui potest uel alterius
lingue tunc potest per alium uel per scripturas confiteri
Verumtamen quod confitens possit habere cedulam pro memoriali
ut confessio magis sit integra quia memoria est
labilis que per scripturam iuuatur Sed cur confi-
tendum est cum per contricionem peccata sint deleta nam
sola cordis contricione peccatum dimittitur id est gracia dei
informans contricionem hominis delet peccatum Dicendum
quod ideo quia in causa propria nullus est ydoneus iu-
dex Unde cum peccator sit deo ecclesie et aliquando etiam
proximo ad satisfaccionem obligatus istam in causa propria
ad arbitrium suum taxare non potest ergo necesse habet
ad alium recurrere qui sua discuciendo peccata satisfaccionem
debitam moderetur et iniungat sed hoc fieri non potest
nisi detegat illi peccata sua per oris confessionem
alias raciones vide s. in v. Contricio Integra-
liter quod non diuidat confessionem aliqua tacendo
nec debet vnam partem vni sacerdoti dicere et aliam
alteri quia ypocrisis esset aliqua omittere etiam quia sacerdos
alias plene consulere non posset et mendax videretur

Casus in quibus licet audire alienum

Quare sacerdoti tantum fit confessio

Ex causa licet per scripturas confiteri

Quare fit confessio cum tamen sola contricione peccatum deletur

Confessio non debet diuidi